



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 16. Elisabetha Sueciæ Regis nuptias respuens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæc. XVI. „textu ad arma conclamare, incipe-
A.C.1558. ret. „

§. XVI.

*Elisabetha Sueciæ Regis nuptias re-
spuens.*

*Burnet. t. 3.
l. 2. p. 539.*

Paulopost Henricus V. Suecorum Rex ad Elisabetham quemdam ablegabat Nobilem, qui eandem certiore redderet, quod ejusdem Rex illam in uxorem ducere peroptaret: insuper idem illam rogare jubebatur, ut illius votis consensu suo satisfacere vellet. Eapropter hic Legatus cum illa seorsim loquendi veniam petebat, postquam vero illa hujus itineris causam edocta erat, huic Nobili significari jussit, quod nemo alius præter ipsam Reginam eidem hac de re quicquam proponere posset, quinimo huic Legato haud obscure declarari fecit, ipsi gratissimum fore, si Sueciæ Rex eam ducendi consilium abjiceret. Verum hac declaratione insuperhabita Legatus ipsi Reginæ Principis sui voluntatem manifestam faciebat: attamen hæc de Elisabethæ responso certior facta Legato reposuit: ratum omnino habitura sum, quicquid ipsamet „Elisabetha tibi respondebit: de- „tero Sueciæ Rex per suos Legatos il- „lius Nuptias expetere poterit, prius- „quam vero eisdem desuper responden-
dum

„dum est, ipsamet de Elisabethæ vo-
 „luntate plene edoceri peropto.,, Ve-
 rum hæc in responsis dabat, quod sua
 conditione esset contenta, sique Regina
 illam suo arbitrio relinquere vellet, pã-
 lam declararet, quod Virginalem sta-
 tum conjugali longe præferret, etiamsi
 potentissimus hujus Orbis Princeps il-
 lius nuptias ambiret. Accepto hoc re-
 sponso res haud ulterius urgebatur.

§. XVII.

*Subsidium per Mariam Reginam a
 suo Senatu petitum.*

Ceterum cum altercationes de red-
 dendo Caleto Cercampi continuo
 ferrent, die quinta Novembris An-
 gliæ Senatus conventum habuit, in
 quo Regina ad ferendos belli sumptus
 suppetias postulabat, si forte, ut sat
 vero simile erat, pax non concludere-
 tur. Attamen *Communis*, ut vocant,
 Curia Patres huic petitioni deferre pa-
 rum propensi videbantur, quapropter
 Regina ad illos Cancellarium unacum
 decem aliis Proceribus decernere coge-
 batur, qui deplorandum rerum suarum
 statum eisdem exponerent, illosque
 rogarent, ut subsidiis succurrere festi-
 narent. Hæc Reginæ sollicitatio suo
 haud caruit successu; quippe hujus Cu-
 riæ

Sæc. XVI.
 A.C. 1558.

Burnet
 p. 547.